Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



INCIPIT TRACTATUS IN EPISTOLA AD ROMANOS:

VTRERUM NOTITIA HABEATUR PRINCIPIA RERUM REQUIRENDA SUNT. TUNC ENIM POTEST FACILIUS CAUSAE RATIO DECLARARI. SI EIUS ORIGO DISCATUR. CUM EPISTOLE DATE MODUM ET RATIONEM OSTENDERIMUS. POSSIT UERUM UIDERI QUOD DICIMUS; QUATTUOR IGITUR MODIS SCRIBIT ROMANIS ARGUENS AB INITIO GENUS HUMANUM FYSICA RATIONE. HI ENIM CAPITA SUNT OMNIUM GENTIUM. UT IN HIS DISCANT; PRIMUS MODUS EST QUO SE OSTENDIT QUIS SIT AUT QUID FUERIT ET CUIUS SIT QUO ET HERESES PATIUNTUR; SECUNDUS MODUS EST QUO ARGUIT QUOD NATURAE RATIONE NON SE SUBIECERINT UNIDUM ET QUAE INHONESTA ET TURPIA EGERINT INUICEM. DESPECTI OB HOC ADUM UT GRATULENTUR CREDENTES; TERTIUS MODUS EST QUOD LEGEM DATAM SPUERUNT (SPREUERUNT) UNDE ANTE PONIT GRECIS IUDAEOS; QUARTUM MODUS EST QUO DOCET IUDAEOS EXORBITASSE A LEGE ET PROMISSIONE DEI. FALSO SIMILES GENTIBUS, UT UTRIQUE INDIGEANT MISERICORDIA DEI. NON PER LEGEM SPERANDO SALUTEM. SED PER FIDEM XPI IHU; HAE CONSTAT TEMPORIBUS APOSTOLORUM IUDAEOS. PROPTEREA QUOD SUB REGNO ROMANO AGERENT ROMAE HABITASSE. EX QUIBUS HI QUI CREDIDERUNT TRADIDERE ROMANIS UT XPM PROFITENTES LEGEM SERUARENT. ROMANIAE AUDITA FAMA UIRTUTUM XPI. FACILES AD CREDENDUM FUERUNT UT PRUDENTES. NEC IN MERITO PRUDENTES QUI MALE INDUCTI STATIM CORRECTI SUNT. ET MANSERUNT IN EO; HI ERGO EX IUDAEIS CREDENTES XPM. UT DATUR INTELLEGI NON ACCIPIEBANT DEM EE DEUM. PUTANTES UNIDUM ADUERSUM. QUAE OBREM NEGAT ILLOS SPIRITALEM DEI GRATIAM CONSECUTOS. AD PHOC CONFIRMATIONEM EIUS DEE; HI SUNT QUI ET GALATAS SUBUERTERANT UT A TRADITIONE APOSTOLORUM RECEDERENT. QUIBUS IDEO IRASCITUR APOSTOLUS. QUIA DOCTI BENE FACILE TRANSDUCTI FERANT; ROMANIS AUT DEBUIT